



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Basiliscus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Habere vero Æolum filios XII. ait Homerus, mares sex, fœminas totidem. Menses ii sunt, ait Phurno- tus, quorum qui fœcundi fruges omnium usui reponunt, fœminæ dicantur : qui vero steriles sunt, mares habeantur. Apud alios longe secus invenio, ex religione quippe veterum menses singulos ita Diis singulis adscriptos, ut Januario Juno præficiatur, Februario Neptunus, Martio Minerva, Aprili Venus, Majo Apollo, Junio Mercurius, Julio Jupiter, Augusto Ceres, Septembri Vulcanus, Octobri Mars, Novembri Diana, Vesta Decembri. Apud celeberrimum Cardinalem Hippolytum Medicem cippum Romæ vidi marmoreum, obrotundum, in quo duodecim hæc numina pulcherri- mo opere circumsculpta sunt: qui quidem cippus indicans Augusti octaviani mensam illam, qua de Suetonio mentionem facit, consueffe eum & sodales amiciores ad duodenarium usque numerum deorum habitu cœnare, & *δωδεκαθεῶν* convivium celebrare: ad ejus certe rei argumentum mi- rifice confirmatus est. Nam & figura, quæ pro Apolline sculpta est, Augusti ipsius faciem totam re- fert & exscibit, quod & in plerisque aliis ejus Dei statuis factum observavimus. Sed nos ad Anguem nostrum revertamur, quo super animadverti plerosque figuram ejus in orbem circumducti, & cau- dam nunc occultantis, nunc admordentis, nunc depascentis, confundere, quod ita distinguendum est. Quæcunque de mundi anniq; varietate reciprocationeque dicta sunt, ea per caudæ morsum in- telliguntur. Sedenim, cum æternitatem, sive, ut nonnulli malunt, ævum seculumve significabant, Serpentem pingebant cauda tantum sub corpus, ita ut delitesceret, reducta: sic enim circuitus illi perpetuus intelligebatur.

Sueton. in Augusto, cap. 70.

BASILISCUS. CAP. IX.

Basilisci de- scriptio.

ANguis autem hujus species ea erat, quem URABON Ægyptii, Basilicum Græci vocant. Animæ id duodecim non amplius digitorum magnitudine, ut authores nostri prodidere, candida in capite macula, & quodam diademate, unde regium illi nomen, insigni: sive Basiliscus ea de causa dictus fuerit, quod ejus aspectum reliqua Serpentium genera vereantur. Hic sane flexu haudqua- quam multiplici corpus impellit quod reliquæ faciunt Serpentes, sed celsus & erectus à medio in- dit: quæ omnia cum Nicandri versibus his optime quadrant,

Hæc à Plin. lib. 8. c. 21.

Τεκμαίρεθ' ὅτι ὄλυγον μὲν, αἰτῆρ' αὐτῶν φερέσει τον ἀλλῶν
 Ἐρπυσῶν βασιλῆα, τὸ μὲν δέμας ὄζυκα ἐστίν, ὅτι
 Ἐπιθῶς ἐπὶ τρεῖς δῶρα φέρον μῆν' ὅτι, καὶ ἰθὺν
 Οὐκ ἀρα δὴ κείνη σπασσῆται κινῶδα λα γαίης
 Ἰσχυλὴ μιμῶσιν ὅτ' ἐς νομόν ἢ ἐκὼν ἄλλω.

Surrectum vero pectus in animali hujusmodi, in obeliscis & aliis Ægyptiorum monumentis animadvertas: præcipue vero in numo quo- dam qui Fabatio cusus est, in cujus altera facie caput est cum spolio capræ, ab occipitio vasculum in modii formulam, quale etiam in An- tonini Augusti. & aliorum quorundam numis cernere est: nusquam vero frequentius, quam in Ægyptiaca Bembi tabula ex ære, tibi Basi- lisci hujus forma sæpe conspicitur, capite alias accipitrino, alias hu- mano, alias, ut hic figuravimus. Quod vero Albertus de ovo Galli gal- linacei simo obruto tradit, quodq; inde Basiliscus enascatur, sitque figura ejus omnino Gallo similis, cauda tamen serpentina, fabulosum indicant peritiores.



Sibulus Ba- silisci.

ÆTERNITAS. CAP. X.
 SEdenim cur Ægyptii per hoc potius colubri genus, quam per aliud quodquam seculum, æterni- tatemve significarent, causa erat, quod inter serpentium genera hoc unum interfici vi non potest, si Horo Niliaico hieroglyphicæ nonnullorum auctori fides adhibenda est: quinimo tanta huic uni- vis est, ut animalia reliqua solo sibilo fuget, quo audito ferunt omnes avium cantus coerceri, fruti- cesq; & herbas non ullo morfu, sed *ὀψιφάτῳ* aspectuve solo enecari. Archelaus tradit, ut apud Ælia- num